Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

fortitudo plebis suae: et protector salvationum
christi sui est. Salvum fac populum tuum domine: et be
nedic hereditati tuae: et rege eos et extolle illos
usque in aeternum. Gloria patri. Antiphona



Adorate dominum in aula sancta eius. Euouae. 28

Afferte domino filii dei: afferte domino filios a
rietum. Afferte domino gloriam et honorem:
afferte domino gloriam nominis eius: adorate dominum
in atrio sancto eius. Vox domini super aquas: deus
maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini confringentis cedros: et confregit do
minus cedros libani. Et comminuet eas tamquam
vitulum libani: et dilectus quemadmodum fi
lius unicornium. Vox domini intercidentis flammam ig
nis: vox domini concutientis desertum: et commovebit
dominus desertum cades. Vox domini parantis cervos: